

litatem illud transferre possimus :

Consideremus

I. Ipsam concionem Christi objurgatorem.

II. Contumeliam, quâ Judæi Christum audita hac concione affecerint.

III. Apologiam Christi, quâ se adversus Judeos defenderit.

### D E I. L O C O.

Concio Christi objurgatoria, constat  
tribus partibus :

I. Sui ipsius purgatione : *Quis ex vobis :*  
Proponit autem Christus suam innocentiam, non ut seipsum jactaret, sed ut eos doctrinam suam consideratione suæ innocentiae amplecti faciat.

V S V S.

1. Facit ad consolationem nostram  
innocentia Christi.

2. Licet omnes peccatores simus, qui-  
libet tamen Christianorum, & præser-  
tim Ecclesiæ pastores bonæ conscientiæ  
studeant. Rom. 3.  
2. Cor: i.  
Efai: 38.

II. Expostulatione cum Judæis:

*Si autem veritatem, &c.*

V S V S.

Exemplo Christi Ecclesiæ pastores ve-

H 3 ritatem